Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 925

Quelle:
Copyright:

Editio.	Codex.
Pag. 17. *referre.*	*referri.*
Pag. 18. *abundare et eſurire.*	*abundare ſcio et eſurire.*
eodem modo qui	*eodem modo bis qui.*
aut accipientibus.	*aut incipientibus.*
Pag. 19. *diffuſam intelligi.*	*diffuſam Nepthali intellegi.*
Filius ampliatus.	Sequitur totus textus Benedictionis.
Ampliatum ergo.	*Ampliatus ergo.*
expreſſiſſe.	*expreſſum.*
paſſus ſit id eſt.	*paſſus ſit deſignat in graeco.*
repreſſit parricidiale.	*repreſſerit paricidale.*
Pag. 20. *ergo etiam et ſaluator.*	*ergo etiam dominus et ſaluator.*
nobis licet.	*nobis ſi licet.*
Pag. 21. *depellens brachia.*	Interjicit: *et reſpuens.*
ad filium quæ.	*ad filium ea quae.*
recipit.	*accipit.*
a ſummo cælo et terra.	*a ſummo coeli et terrae.*
Pag. 22. *natura poteſt.*	*natura non poteſt.*
Pag. 23. *non ſolum vllam.*	*non ſolum nullam.*
id eſt eorum qui ſcientiam et opera ſublimia.	*id eſt qui in ſcientia et opere ſublimia.*
diuidet cibum.	Addit verba Textus biblici usque ad verba: *Et praecepit eis.*
in iis etiam.	*in his dictis etiam.*

Id demum obſervo, membranis Fragmenti *Evangeliorum* graecorum ſupra memorati averſis inſcripta eſſe vetuſtiſſima pariter et difficili manu Latina quaedam multum jam extrita, quorum initium: *Ad orandum abiere ne pluris — —.*

CCLXI. VI C. 8.

134 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc 282. f. per duas columnas currente calamo exaratus, rubroque diſtinctus, ſed fine mutilus complectitur varia *Opuſcula Theologica*, quorum haec eſt indicatio: I. *Caeſarii* Epiſcopi Arelatenſis Scriptoris Sec. VI. *Homiliae* numero XII. hoc titulo miniato: *Ammoniciones Ceſarij Epiſcopi Arelatenſis.* Earum initia. Primae: *Exhortatur nos ſermo diuinus, ut credamus dum lucem habemus* &c. Secundae: *Quid ſalubritatis kariſſimi etiam in preſenti conferant ſancte occupationes* &c. Tertiae: *Inſtruit nos atque hortatur ſermo diuinus qualiter attingere debeamus* &c.